

ALTER TEXTUS.

Luce. 6. n. 23. Gaudete in illa die; & exultate. Ecce enim merces vestra multa est in celo, secundum haec enim faciebant Prophetis patres eorum.

243. Hieron. BEATA contumeliae, quae tot, & tam praecleara pariunt, ut ait Divus Hieronymus. Ingens persecutionis praemium explicat Dominus, & tria ponit, gaudium, illius causam, & confirmationem in tolerantia. Gaudete, intus in corde, & exultate, extra in corpore: gaudium ingens animae in corpus redundat. Quoniam merces vestra. Causa gaudij merces vestra, scilicet Deus. Sic dicitur Abrahamo: Ego merces tua magna nimis. Genes. 15. num. 1. Et ait Dominus, merces vestra; non gloria vestra, non beatificatio vestra, sed merces. Cajetanus: Sub ratione debiti promittitur felicitas aeterna in sola hac beatitudine: merces enim, non ex gratia datur, sed ex justitia redditur pro opere: ut intelligatur, ad tantam effectus celsitudinem Incarnati Verbi, ut etiam debita sibi vindicent aeternae gloriae praemia, juxta Paulum: Reposta est mihi corona justitia. Non solum Dominus promittit gloriam, sed etiam sub ratione praemij, ut suos magis condecoret, ac nobilitet. Copiosa est in caelis. Inexplicabilis est magnitudo caelestis beatitudinis; non enim dicitur quanta, & qualis sit, sed copiosa, seu multa; non in terris, sed in caelis. Per quod explicatur ingens, & superexcellens illius magnitudo. Et ideo, ut notat D. Thomas, non dicitur in celo, sed in caelis pluraliter, propter praemiorum magnitudinem. Vel copiosa, ut ait idem Angelicus Doctor, respective, quia non sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis, Rom. 8. n. 18.

Genes. 15. Magnitudo praemij. D. Thom. Sic enim persecuti sunt Prophetas. Ecce tertium. Hoc persecutionis genus non est quid novum, & inusitatum; sic enim mentiendo verbis, & factis persecuti sunt Prophetas. Qui fuerunt ante vos. Ideo eorum exempla vos invitant. Unde ait D. Gregorius, ralatus a S. Thoma, Si facta praecedentium recolimus, gravia non sunt, quae sustinemus, Jacobi 5. numero 110. Exemplum accipite fratres exitus mali, laboris, & patientiae, prophetas. Maxime movent exempla. Et ita milites. Elephantis ostenderunt sanguinem urae, & meri, ad acuendos eos in praelium, Machab. 1. cap. 6. num. 34.

249. Gregor. Jacobi 5. Exempla maxime movent. Machab. 1.

QUESTIO XXXII.

Quare in sola hac beatitudine praecipiat Dominus gaudere?

250. O CTO beatitudines hic explicat Christus Dominus, tamen, cum ad solam advent in persecutionibus patientiam, gaudere praecipit: Gaudete, & exultate. Cur, non cum de pauperibus, miribus, ac mundis corde egit; sed cum ad tolerantiam laborum devenit, tunc addidit: Gaudete, & exultate. 251. Sunt recentiores, qui dicant, quod ideo praecipit gaudere, quia per haec heati estis. Secundò, quia vobis manet ampla merces in caelis. Tertio, quia similes estis Prophetis, qui fuerunt viri sanctissimi. Sed haec etiam militant in qualibet beatitudine: ac proinde aliquid hic magis est explicandum. Praecipit ergo gaudere, quia per martyrrium, ac patientiam in persecutionibus jam estis beati, & per ipsam habetis in caelis praestantissimam coronam, ac praemium, & ideo in sola hac beatitudine ponitur: Merces vestra copiosa, seu multa est in caelis. Et quia, ut ait Carthusianus, per illam Christo, & Sanctis conformamur, quae ulla potest esse major ratio gaudendi, quam Christo conformari.

252. Secundò, S. Thomas. Gaudete, & exultate, S. Thom. & in praecedentibus beatitudinibus non? Responsio. Hac beatitudo est circa tolerantiam passionum, quod est difficillimum in comparatione ad alia supra posita, propter quod indiget persuasione; vel his praeterea addidit, ne Apostolos quasi novitios, citò terreat, quos alloquitur. Duo nos inculcat Angelicus Doctor. Primò quod non in aliis beatitudinibus, sed in sola hac, ob sui difficultatem, quae est in persecutionum tolerantia, proponit gaudium, mercedem, & exemplum, ut non ita eos persuadeat, ac moveat ad eam amplectendam. Secundò. Ne Apostoli incipientes, ac novitij illius asperitate deterreantur, ideo gaudij, exemplo, ac mercede eos allicit, & animat. Vide supra cap. 3. num. 39. & cap. 9. num. 48. & 85.

253. Tertio Cajetanus. Magnitudo gratiae in tolerando injurias, propter Christum illatas, significatur per praecipium gaudendi in persecutionibus. Dum per praecipium Domini disponuntur in tribulatione, ac morte, non tristitia, sed gaudio, & exultatione affici, & repleti, indicatur magna gratia, quae est largienda, ut inter illa tuti, & securi persistant, ut ineditatur D. Chryostomus in Acta Apostolorum, homil. 14. Nam Deus a suis electis non tollit persecutiones, sed dat levamina, & unctiones: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego relevabo vos. Tollite jugum meum. Matthaei 11. num. 28. D. Bernardus serm. 11. in Psalm. Qui habitat; ita ait: Non onus subtrahit, aut laborem: magis autem onere alio, alio labore commutat; sed onere levi, suavi jugo, in quibus requies, ac refectio, etsi minus appareat, tamen invenitur.

254. Quarto, D. Cyprianus lib. 4. epist. 6. ad Tiburtianos, Gaudere, ait, & exultare nos voluit in persecutione Dominus, quia quando persecutiones fiunt,

funt, tunc datur corona fidei, tunc probantur milites Dei, tunc Martyribus patet caeli. Hic praecipit gaudere, quia in hac persecutionum tolerantia datur occasio, ut nostra fides, amor, & confidentia in Deum prodeant, & cunctis manifestentur. Et nulla major potest esse ratio gaudendi Deum intus diligenti, quam dum offertur tempus, quo ejus fides, & amor omnium oculis sint patentes, ac in persecutionum fornace haec maxime probentur.

255. Quintò. Hic praecipit Dominus gaudere, si dicatur, quod ratio gaudij est magna merces in celo: etiam pauperibus, mitibus, mundis corde praclarissima merces assignatur: nulla major esse potest; quam regnum caelorum, terra viventium, & ipsa visio Dei: immo, ut saepe dixi ex Augustino, Chryostomo, in omnibus beatitudinibus promittitur regnum Dei sub alio, atque alio nomine. Cur ergo hic tantum mandat Dominus gaudere, & exultare? Associabat Dominus hic Apostolorum praemium cum mercede Prophetarum: Copiosa est merces vestra in caelis: sic enim persecuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante vos; & justis, ac Sanctis magna est gaudendi ratio, dum in sua beatitudine, in suis praemiis, & coronis habent consortes, atque socios. Quamvis merita Apostolorum excellentiora essent meritis Prophetarum; cum tamen hi in sociis illis dantur, tunc Epistoli gaudere, & exultare jubentur.

256. Adstant divini seniores ante thronum, & vox turbae magna clamat: Gaudemus, & exultamus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiae Agni, & usor ejus paravit se, & datum est illis, ut cooperaret se byssino splendens, & canido, Apoc. 19. n. 7. Nunquam caelestis Aquila tantam nobis laetitiam, exultationemque in caelesti curia narrat, ac modo quando nuptiae Agni celebrantur. Sed quae haec nuptiae & quae haec sponsa? Nuptiae tempus remunerationis, ac ingressus in beatitudinem, ut explicant Andreas, Aretas, Ansberrus, Viegas, & alij. Spontanea verò, sumus nos filij ipsius Ecclesiae, qui induci byssino justitiae, & charitatis, ceterarumque virtutum ad patriam caelestem vocamur. Et ita ibi dicitur: Beati qui ad coronam Agni vocati sunt. Ideo tantum gaudium, ac exultatio indicitur, ac publicatur caelestibus spiritibus, quia jam in sua beatitudine socios habent, atque consortes: quod erat eis magna ratio gaudendi. D. Ambrosius. Ideo gaudemus, ait, ideo exultemus, eo quod misericordia conditoris nostri Ecclesiam suam quae sumus nos, ita sibi conjungere sit dignatus, ut sponsa conjungitur sponso suo.

Andreas, Aretas, Ansberrus, Viegas. Tunc gaudet Angeli, cum in gloria socios habent. Ambrosius.



CAP. XI.

Commendantur Praefules Ecclesiastici.

Matth. 5. n. 13. Vos estis sal terrae, quod si sal evanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet ultra, nisi ut

mittatur foras, & conculetur ab hominibus.

VERSIONES.

Franc. Lucas. Vos estis sal universae terrae, quod si sal desupererit, seu infatuatum, ad nihilum valet amplius, nisi ut projiciatur foras. Syriacus. Quod si sal infatuatum fuerit, quo salietur? ad nullum venit usum, nisi ut projiciatur foras.

Chromantius. Si sal terrae evanuerit, in quo condietur. D. Hieron. epist. Ad nihilum est utile, advers. Lucif.

EXPOSITIO.



COMMENDAT Dominus hoc loco suorum Apostolorum dignitatem; & in eis omnes Praelati, & Doctores Ecclesiastici instruuntur, ut notat D. Gregor. hom. 17. in Evang. Gregor.

Et in iis encomiis celebrandi a communi via non deviat communis Magister. Quia enim valde familiare est Syris, ac Hebraeis in sermone uti parabolis, ac metaphoris, ut facilius doctrina insonet in auribus, ac animis audientium; ideo Dominus suos appellat, sal terrae, lucem mundi, civitatem supra montem positam, ut per familiarem modum loquendi facilius alliciat. Et haec Apostolis dicuntur a Christo, non ut a Domino, non ut a Rege, vel Principe, sed a Judice mundi, ut notat D. Ambrosius, lib. de dignitate Sacerdotum, c. 6. Audite meruerunt a Judice mundi: Vos estis lux mundi; Sal terra. A Judice mundi haec celebrantur, quia hujusmodi excellentias, procedente divina gratia, Apostoli, non favore, & benevolentia, sed suis meritis, & sudoribus sunt asseculi. Et idem statim apponitur poena discedentium a proprio munere, Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras.

2. Tria praestat hic Dominus, ut notat D. Thom. Omnium virorum Apostolicorum officium: Vos estis sal terra. Eorum periculum: Si sal evanuerit. Tertio supplicium: ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, &c.

3. Vos estis sal terra. Vos o discipuli mei, quamquam in discursu sermonis cum omnibus turbis locutus fuisset Dominus, tamen hic sublimiora dicens, ad Apostolos dirigit verba, sicut Praedicator, ut ait Abulensis, quando sublimiora dicit, ad doctores se convertit. Et ait, Vos estis sal; sicut enim cibum inspidum, ac in faruitate nauseam provocantem, suo palato reddit lapidum, gratum, atque jucundum; sic vos universam Gentium multitudinem, sal ignorantia inspidam invisam, & ad nauseam promoventem, debetis vivo eloquio, Evangelicamque doctrinam lapidam, ac Deo reddere gratam. Per terram autem intelliguntur homines, ut docent D. Augustinus lib. 1. de serm. Domini D. Chryost. hom. 15. Chromantius, Beda; Threophylactus, Euthym.

August. Chryost. Chromant. Beda, Threophyl., Euthym. Cc 4. Quod



Quod si sal evanuerit. Ecce periculum. Id est, si sal desuperit, ac infatuatum fuerit, acrimoniam suam perdidit, in quo salietur?

Pena discedentium a suis obligatione.

Matc. 9. Luc. 14.

QUESTIO I.

Quare Christus Dominus post exhortationem ad patientiam suos discipulos dicat sal terrae, lucem mundi?

ROSEQUITUR Dominus suum admirabilem sermonem in monte. Et postquam de octo beatitudinibus, ac virtutibus generalibus agit, hic de Prælatorum virtutibus agit, ut notat Abulensis, quia semper in vero Præsule supponuntur communes virtutes.

In quaestione hic tamen vertimus: Cur immediate antea Dominus suos exhortatur ad tolerantiam persecutionum, ut patet ex fine superioris capituli: Beati estis, cum maledixerint vobis & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversus vos.

Jam duas hujus rei rationes inculcavi proxime superiori cap. quæst. 3. n. 243. & 244. Prima ex Chryostomo, & Theophylacto. Quia per sal,

& lucem eos dicebat Magistros, & Doctores; ideo prius commendat patientiam, quæ maxime est necessaria in præceptore, & concionatore. Secunda ex S. Thoma. Quia dabat is officium publicum prælationis in Ecclesia, & qui hoc in fastigio imminet, maxime patientia indigent. Vide ibi dicta. Ad alias rationes veniamus.

Tertio, D. Chryostomus homil. 15. Quia prædixerat, ait, persecutiones, & maledicta, & infidias, periculave: ne putarem, quod hæc eos possunt in silentium coartare, confirmans eos, ait, quia non modo non laebit eorum prædicationis, sed etiam prorsus illustrabit orbem. Tantum abest, ut ipsæ persecutiones, maledicta, ac opprobria possint vestram generosam ac virtutem, o discipuli mei, hebetare; ac extenuare, quod potius inter ipsas persecutiones valde animosè eritis tanquam sal ad constringendos, ac reformandos hominum mores; & eritis tanquam lux ad fugandas ignorantie tenebras: nam in adversitate virtus non decrevit, sed magno augmento proficit.

Quarto, Theophylactus. Ne objiciatis morderitatem reprehensionum, etiam si persecutiones patiamini. Quamvis multæ, o discipuli mei, contra vos persecutiones, ac adversitates pullent, vobis tamen, ut veris meis Prædicatoribus, atque Prælatibus, non est verborum vestrorum acrimonia remittenda, aut minuenda. Nulla enim persecutione Prædicator obmutescit, sed pro veritate semper exeat, ac prodeat.

Quinto, D. Anselm. Causa est, ait, quare in tribulatione deficere non debetis, quasi diceret: Necessè est, ut tribulationes constanter patiamini, quia vos estis sal terræ, hoc est fortitudo terrenorum, & ideo defectus vester est defectus aliorum. Commendaverat Dominus suis discipulis supra tolerantiam inter persecutiones, & opprobria: tunc veluti causam apponit hujus commendationis, quia vos estis sal terræ; hoc est, cum sitis capita, & Prælati, estis & aliorum fortitudo, ac nervus; ac proinde si deficiatis, eritis & causa ut alij deficiant. Semper enim Prælati secum multos trahunt, & malum eorum exemplum quam plurimis nocet.

Sexto, D. Chryostomus in imperfecto homil. 10. Quasi interrogantibus Apostolis, ad quos sit omnia ista locutus, unum generaliter ad populum, aut ad ipsos? volens ostendere, quoniam ad ipsos præcipue hæc loquebatur, addidit: Vos estis sal terræ. Dixerat tolerantiam inter persecutiones, & insultationes. Ac si ab Apostolis interrogatus an illa essent ad omnes generaliter dicta? an specialiter ad ipsos solum? ostendit Dominus, se tantum cum ipsis agere, dicens: Vos estis sal terræ; lux mundi, civitas supra montem posita. Qui enim tanta dignitate fulgent, in tanto rerum vertice eminent, & tantum occupant locum, fuerint ventorum tempestatibus sunt expositi, eorumque vehementes impetus patiuntur, & sustinent. Et ideo prius ad tolerantiam exhortatur.

Septimo, Antequam eos dicat sal, maxime patientiam habendam insinuat. Sal habet vim ad restringendum, & comprimendum, & ipsi Apostoli

stoli carnales hominum concupiscentias, luxuriam, ac peccata, ut ait D. Thomas, restringebant, Præsul enim ille, qui totus intendit ad restringenda vitia, ad refranandos licentiosos, ut que totum sit in reformatione, ac optima morum dispositione, necesse est, ut si patientia munitus ad multas persecutiones sufferendas; ad multaque magno animo opprobria, & maledicta superportanda.

Episcopo Ephesino dicitur: Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quia non potes sustinere malos, & tenuisti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt; & invenisti eos mendaces, & patientiam habes, & sustinisti propter nomen meum, & non defecisti, Apoc. 2. n. 2. Laudatur hic Præsul, quod cum magna patientia toleraverit multos ladores, ac adversitates; & quia non potest sufferre, ac permittere malos; sed illos, qui falsò se publicabant Apostolos, probavit, ac invenit mendaces; tamen tot inter labores patientiam habuit, & non defecit. Hoc autem consideratione dignum; Cur in hoc Episcopo non semel laudatur patientia, sed dupliciter. Non semel dicitur, quod sustinuit, sed publicatur verbum, & idem valet, ac patientiam habere. Cur ergo hoc in Episcopo tam multiplicatis vocibus ejus patientia extollitur, atque laudatur? Episcopus iste incumbat compositioni morum, ac reformationi suæ Ecclesie, ita ut malos non sustineret, nec sineret, ac permitteret; sed eos eradicatione volebat: merito ergo ejus patientia tanta repetitione inculcatur. Qui enim reformationi est deditus, de eaque agit, non una, sed multiplici patientia indiget ad in eum exortas persecutiones, ac adversitates sufferendas. Pulchre ait Ambrosius Ansbertus in præsentis: Patientia, quæ cunctas custodit virtutes, cunctisque tolerat labores.

Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundans, Nahum 1. n. 3. Ubi primò laudatur Dei majestas, quod sit patiens, & magnus fortitudine in perferendis hominum peccatis, ac blasphemiis, ut ex quorundam expositione refert Ribadeneira ibi. Sic Numer. 14. n. 18. Magnificetur fortitudo Domini, sicut jurasti, dicens: Dominus patiens, & multa misericordia. Sed cur hic ita Dei patientia, & fortitudo proponuntur, ac peculiariter magis laudibus decantantur? Ait Propheta: Dominus patiens, magnus, & mundans. Explicat Hugo: Mundans populum suum, ubi Dominus amovit manum, ut gentem suam mundaret, ac purificaret à vitiis, ac que peccatis, statim in Deo nitet, atque resplendet patientia, & fortitudo in tolerandis hominum injuriis, atque blasphemiis.

QUESTIO II.

Quare discipuli de præsentis dicantur sal terræ, lux mundi, cùm hoc eis potius, de futuro competere videatur.

DISCIPULI Domini dicuntur sal, & lux, ut docent D. Hilarius, D. Hieronymus hic, & Augustinus lib. 1. de serm. Dom. in monte. D. Chryostomus homil. 15. quia per eos

Ansbert.

Nahum. 14.

Ribadeneira Numer. 14.

Hugo. Cùm Deus mundat, patiens dicitur.

conditur, saporatur, ac illuminatur universum hominum genus. Quod Apostoli præstituerunt post Christi Ascensionem, in regimine suarum Ecclesiarum, ac in prædicatione Evangelica totius orbis. Et ita post Resurrectionem eis aperiantur sensus, ut intelligant Scripturas, Luc. 24. n. 25. Et tunc postea mituntur in Orbem ad præjudicandum, Math. 28. n. 19. Ergo potius videbatur dicendum. Vos eritis sal terræ, lux mundi; quàm, vos estis, de præsentis.

Respondit primò Cajetanus, quòd dixit de præsentis. Vos estis, ut agnoscerent suam dignitatem, in qua erant constituti. Secundo respondit deo; quòd optimo jure jam actualiter Apostoli dicuntur sal, & lux; quia jam de præsentis, relictis omnibus, secuti fuerunt Dominum, Math. 4. n. 20. Et Præsul non minus reformat, ac illuminat voce, quàm exemplo: immo potius cum hoc efficacius. Tertio Dominus hic, ut docet Chryostomus, cohortatur suos ad virtutis studium, & ad sufferendas persecutiones, ut patet ex supra dictis de beatitudinibus. Ideo de præsentis ait: Vos estis sal terræ, vos estis lux mundi, quia ad magna, & ardua, ac conquistu difficilia non tantum persuadetur pollicitationibus; de futuro quantum donis datis de præsentis.

Quartò, Non ait: Vos eritis; sed jam de præsentis constituti in tanta sublimitate, ac honoris culmine, ut sitis sal terræ, & lux mundi; antequam desudarent in prædicatione Evangelica, antequam tyrannorum persecutiones sustinerent, jam tanta dignitate fulgent, ut dicantur sal terræ, & lux mundi. Voluit Dominus tanto munere, tanquam præmio suis anticipatè remunerans, ac condecorans, maxime astringere, ac obligare ad futura mèrita præstantia, ac ad conversionem totius humani generis amplectendam, ideo tam illustri prælato suos nobilitans jam de præsentis sal terræ, & lucem mundi dicit.

Cùm Jeremias jam esset in utero sanctificatus ei dicitur à Domino: Propetiam in Genibus dedi te; & postea: Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna, ut evellas, & destruas, & disperdas, & dissipas, edifices, & plantes, Jerem. 1. n. 10. Sed quomodo tor, & tanta dicuntur pueri in vulva matris constituto, qui illa munera, nisi in virili ætate prætare non poterat; & ita, ut notant D. Hieronymus, S. Thomas, præ tua pueritia à tanto munere se excusat, dicens: A, Hieron. A, A, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. S. Thomas. Non convenit ætas mea prædicationis officio. Videbatur potius dicendum. Ego constituam te super gentes. Vel, Apud me decretum est, te constituere. Nam evellere, destrucere, edificare, & plantare valde plenam, magnamque exigebant ætatem. Quomodo ergo ei dicitur, & constitui te hodie; hodie cum sis in utero? Quomodo ad tantam dignitatem evahitor, ut creetur magister gentium? Ut ait D. Thomas, & ut notat Origenes homil. 1. Nullus Origen. inter ceteros tantum donum consecutus est, ut Jeremias, ut ei dicitur: In utero sanctificavi te, & Honoris auctòratus ad munera non poterant persolvi, nisi maturo annorum tempore; tamen publicatur: Ego hodie constitui te, ut tanto principatu, ac tanto honoris culmine proposito alliciatur, ac astringatur Propheta ad egregia virtutum monumenta.

8.

Chrysoft.

Chrysoft. Virtus, ac animi generose persecutione non hebetatur.

1. Cor. 4.

Theophyl.

Prædicatur nulla adversitate deterratur, a veritate deditur.

10.

Anselm.

Malum Prælatorum exemplum nimis docet.

11.

Chrysoft.

Qui alto loco eminent, adversitatem expositi.

12.

Prælati qui de reformatione agunt, patientia indigent.

Apostoli

16. Caician.

Chrysoft.

Magna, nobis promissionibus sed donis datis persuadetur.

17.

Præmia anticipatè remunerans.

18.

Jerem. 1.

D. Thom.

Honoris auctòratus ad munera

ta